

(22)

Si certo constaret (quod a quibusdam qui ante nos sententiam suam dixerunt fundamenti loco supponitur) in Ecc: esse potestatem decreto necessariam, et eam quae allegatur esse sufficientem et legitimam irrotationis causam: non esset difficultas inter nos concordia. Nunc autem cum videamus et audiamus palam, ipsam potestatem à multis non tam reuocari in questionem, quam ualidis rationibus impugnari: maior et molestior est in re proposita difficultas: nisi quod ipsa difficultas sui dissolutionem satis indicat. Nam cum hic agatur de re maximi momenti, ut quae in uita eoi latissime pateat, et maximas mutationes sit allatura (mutatio autem ois periculosa sit, et ipsa nouitate perturbet) satis constare potest incertum, et ut plerisque uidetur ruinofum fundamentum, tantae nouitati inducendae non sufficere. Quapropter ingenue fateor quod ego sum ex eorum numero, qui hic timidiore sunt, quique longo usu recepta, et per uniuersum mundum comprobata, retinere uolunt: etiam cum non nullo incomodo, quam periculose, et tenuiter fundate nouitati sese committere. Ac uidear mihi huius sententiae meae, ex his quae nunc diximus, posse non parui ponderis rationes reddere.

Prima ratio.

Decretum hoc inuoluit rem ad fidem pertinentem. Nam hactenus indubitata fide creditum est, in adulterio, et in statu damnationis uiuere eos qui post occultum Clibero tñ consensu inter legitimas personas contractum matrimonium, ad noua coniugia se transferrent. Ergo sine certissimo et indubitato fundamento statui non potest: huiusmodi autem non est, quod hic fundamenti loco supponitur, ergo decretum non est legitime factum.

Secunda

Quae dubia sunt, et in utranque partem uis admittunt fortassis aequali pondere hinc et inde trahentes, non possunt esse fundamenta

certarum legum, etiamsi non esset res fidei: ergo decretum istud
fundari non potest, neque super supposita potestate (de qua multi dubi-
tant) neque super allegata, quae quibusdam videtur insufficiens et non

Tercia causa

Leges quibus hactenus usa est Ecclesia, in rescindendis, et approbandis
Matrimonijs, certe sunt: fundantur enim super consensu libero inter
legittimas personas, de quo hactenus nemo dubitat quum ad Matrimo-
nium sufficeret. Ergo has leges abrogare non debemus nisi agne certae
substituamus: nam certa cum incertis commutare non expedit.

Quarta.

Quibus persuasum est (idque non ex leuibus rationibus) falsum esse quod
fundamenti loco supponitur, coguntur per ipsius decretum agere contra
propriam conscientiam, quam deponere non possunt, dum nulla evidenti
ratione confirmatur quod ad condendam hanc legem persuasissimum
esse deberet. Ergo iniicitur eis laqueus, et sine culpa sua trahuntur in
angustias, ex quibus se non possunt explicare, dum in inani partem habent
eos iudicium propriae conscientiae, in alteram coguntur timore in-
dientiae. Iniquum est autem viros bonos in has difficultates trahe-
re ut improbis consulatur, et gratificetur plebsi quo scrupulis liberari
possint, qui timore dei abiecto, post primum matrimonium
(licet occultum) scientes et volentes alteri se implicant.

Quinta.

Quae nomine Synodi decernuntur, ex cōi omni patrum consensu
statui debent, hactenus certe ut non sint qui ex probabili
contradicant: nam si corporum tantum conuentus est, et non
animorum in eandem sententiam concordia, non est Synodale
decretum; in quo etiam aiorum consensus magis spectari debet
quam corporum congressus: Hic autem magno numero contradi-

Patres, qui his vel non videntur esse in Ecclesia potas necessaria ad decretum irrotationem, vel certe causae etiam videntur non vere.

Sexta. Multorum sententia mihi persuasione, quod inter Theologos bene conveniat de potestate irritandi, et allegata causa irrotationis: Hoc autem satis constat non ita habere, sed alios alia fundamenta querere, alios etiam plane negare: Ergo illorum sententia non est solida.

Rationes illorum qui Decreto subscribunt, primum petuntur à potestate secularis Magistratus, apud quem est potestas rescindendi contractus qui contra leges irritantes sunt.

Deinde à consuetudine Ecc^{ie}, et observatione usus eo quod Ecclesia hac potestate irritandi in alijs saepius utitur, veluti in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis.

Tertio ab indecentia rei, quia Matrimonium est contractus publicus. Quarto, à commiseratione personarum, quia oportet consulere afflictis conscientijs, et his qui in Angustijs versantur: quales sunt qui oculis matrimonij primum impliciti, deinde ad alia publice processerunt.

Quinto, à multitudinem, et magnitudine malorum, quae inveniuntur in Ecclesijs per Matrimonia elancularia.

Ac primum quidem fatemur, et agnoscimus, apud secularem
Magistratum esse potestatem scribendi leges quas subditis ea
necessitate imponere queant, ut si permittantur, rescindi possint
Contractus. Sed de rebus quas pleno iure gubernat, et sibi
subditas habet: nunc autem contractus iste matrimonij non
eiusmodi, ut de eo pleno iure disponere possint superiores,
sed est naturalis, hoc est, cuius quicquid habet naturalem potestatem,
et sui iuris est, nec alteri subest. Adeo ut ne patria quidem
potestate impediri, et iniusto dno iniuri, à servo: nihil autem
semel, tum ex natura, tum ex institutione, et ordinatione Dei
insolubilis est, ut nullo modo rescindi possit. De qua re bene
dixerunt R^{my} Atrebatensis, cui hac parte subscribo, et addo:
Quod civilium contractuum irrotationes quæ à seculari potestate
sunt presentis causæ non conveniunt: nam (ut plerique eruditi
intelligunt) sic irrotantur contractus civiles per secularem
Magistratum, quomodo in lege Mosaisca pater irrotabat nuptias
filiae familias, aut uxoris nuptias maritus, non quod per Magistratum
impediatur contractus ne nascatur, sed quod accusatus
rescindi possit, et partes restitui in integrum. Verbi gratia: si
alicubi lex iuris ex causis posita quod qui vendere vult
hereditatem, faciat primum proclamationem fieri certo loco
et tempore, alioqui facturus invalidum contractum. Hic
quis plene sui iuris neglecta hac lege alteri hereditatem
vendat iusto pretio sine fraude et dolo, non sic impeditur contractus

possit 1

ut non fiat translatio rei uendite, aut minus possessor sit in
 in conscientia, qui emit: sed sit, ut si accusetur contractus
 tanq̃ contra leges factus, a Magistratu rescindi possit, et p̃tes
 in integrum restitui: quomodo uxoris uictum imitare poterat
 maritus, quod tamen ualidum erat marito dissimulante, uel
 non rescidente. Et si hoc modo intelligatur irritatio civilium
 contractuum iam nō conuenit proposito, eo quod matrimonij
 contractus semel ratu ex dei ordinatione firmus manet, nulla
 potestate unq̃ rescindendus, neq̃ sic locum habet restitutio
 partium in integrum.

Ad argumenta quæ petuntur à consuetudine Ecclesiæ quæ
 simili p̃tate utatur in gradibus consanguinitatis, p̃ ab alijs
 bene responsum est. Et certe quantum attinet ad designatio-
 nem graduum prohibitorum in quibus irritatur Matrimonium
 multum diuersa est ratio à p̃tenti causa: nam ibi semper
 designantur certe qualitatibus, et conditionibus bonis in quibus
 vniuersaliter, et æqualiter hæret impedimentum propter quod
 decernuntur illegitimæ personæ. hūc autem neq̃ vniuersaliter
 interuenit fraus, aut dolus, neq̃ ullum notatur certum genus
 personarum, in quibus locum habeat contractus occultus, sed
 per omnis generis bonos uagari potest, quemadmodum à quibda
 bene obseruatum est, quoniam sententiam probo, et addo: quod
 illegitimitas illa in scripturis fundamentu habet dum in ea

Semper habetur respectus ad aliquam indecentiam concubitus per-
narum, quae ab aliqua in sacramento, et fit in oibus concurrente
causa reputantur, et decernuntur ab Ecc^{ia} illegitime ad ma-
rimonium inter se contrahendum, quale hic nihil inuenias.

Ad argumenta quae petuntur ab indecentia rei, quia Matrimo-
nium est contractus publicus, cuius natura repugnat clanci-
lume fieri, respondetur duplicem (quantum presenti negotio satis
est) esse matrimonij usum: Alterum in officium naturae, ad
propagationem sobolis; alterum ad excipiendam infirmitatem
in continentium per modum remedij: et quāq; prior usus e-
sonestior; posterior tamen est magis necessarius in hac infirmi-
tate hominum, adeo ut Certe Augustinus, hoc tempore solū
laudabiliter matrimonium contrahat, qui infirmitati suae melius.
Et quāq; decentissimum erat, et omnibus notis optabile, quod
hominum incontinentia eo usq; frenari posset quod nihil sibi
indecenter usurparet, ante legitime et solemniter contrahendum
matrimonium: tamen quando eius rei nulla nunc est spes
tolerabilis videtur latissime extendi remedium, et expedire
quod occulti concubitus. Uigdem impediri non possint. Quae
manant saltem clancularijs nuptijs, et aliquo usq; per eas
excusentur, quam ut timore irreuerentiae, quae matrimonio
inde accederet, sine cuius contrahendi nuptiarum libidini indul-
gent. Huius rei testimonium habemus apud Augustinum in
Baptismi in fine pri lib. de Adulterijs. Cuiusq; ubi ipse

mauit cum aliquo periculo irreuerentia baptismum administrari
adultero de qua non constabat an aliquo modo paratus esset
ut cum fructu susciperet, quam timore irreuerentia negari ei
cui fortasse prodesse posset.

Sed afflicti conscientijs (inquiunt) subueniri debet: hos
autem intelligunt qui primum implicati secretis nuptijs, postea
his contemptis ad alias publice transierunt, quibus nihil uidetur
consilij esse reliquum, nisi occulta matrimonia rescindi possint.
Verum hic imprimis constat presenti decreto subueniri non posse
illis qui iam antea his anxietatibus inuoluti sunt. Sed in
posterum (inquies) quid promissio? Ut autem hoc ita sit: in
improbis conatibus nunquam satis obuiari poterit. Verum autem
remedium in eo positum erat, si improbi conatus reprimerebuntur
timore legum, et impudicus amor refrenari posset donec honesti
nuptijs exciperetur. Et negari non potest quin parentum cura
erga liberos nonnihil acuat metus inparium nuptiarum, quo timore
si liberentur parentes sollicitudine illam deposuerunt, quos
non tam amor honesti, aut dei timor, quam periculum infelicitatis
matrimonij de liberorum observatione reddebat anxios. Et
quid (quæso) tandem remedij inueniatur, ut qui timore dei
abiecto, post secreto contractum matrimonium scientes et
uolentes secundis nuptijs sese implicare uoluerunt, ut in hoc
posteriori adulterino Matrimonio liberi permanere possint?
Certe eignum consilium non habebat Apostolus Paulus, non habebat Christus
ipse ut mirum non sit si in Ecclesia non habeatur.

De magnitudine, et multitudine malorum, quæ odio se imputante
matrimonio claudunt, fortasse dici queat bonum causam
non esse matrimonium quod per se honestum est, sed bonum
improbis; et res æstimari non debere ab abusu improborum
hominum, quando nihil est tam bene ordinatum, quo non
possit abuti improborum libido.

Posterior pars decreti etiam minus admittenda videtur: tum
propter rationes sup^{er} positas; tum etiam quod scripturis, et nati
libertati videatur aduersari. Scripturis quidem propterea quod
Apostolus Paulus unicuique habens remedium pro his qui se non
continent, mandat in uniuersum ut quicquid eiusmodi sunt, illo
remedio utantur: QVOD si non se continent (inquit) nubant. Intelligitur
autem eos, qui adhuc liberi sunt, nullis nuptiis, aut impedimentis
alijs prohibiti. Cum autem hoc remedium ei ætati concessum
sit, ad nullum ætatis numerum restringi debet. Quare si puella
duodecim annorum non se continet, nubat: si adolescens qua
tuordecim aut quindecim annos aut cuiuslibet ætatis alterius non
se continet, eodem remedio utatur. Iam uero hoc remedium
quod ei ætati concessum est, et precepto inpositum omnibus
qui se non continent ad certum ætatis numerum restringere, uult
quem ipsum mortem præssari uidemus. Apolo Paulo non est con
sentium. Dicis fortasse non restringi, sed ei ætati præ
modo consensus parentum accedat, apud illos qui adhuc in
ætare constituti sunt, ut parentum consilio regi debeant: Quod
restringi remedium dum in aliena uoluntate collocatur quod Paulus

177
123
uniuscuiusq; proprio et libero arbitrio relinquendum esse se voluit: neq;
enim dixit: si non se continet filiafamilias, nubat, si modo pater
consentiat: sed absolute: si non se continet, nubat. Haec autem nō
eō pertinet, ut foveatur inobedientia erga parentes (quam scriptu-
ra ubiq; maxie respiciendū) sed ut ostendantur limites patriae
potestatis.

Libertati naturalī etiam aduersari videtur, si remedium iure
naturae unicuiq; liberē concessum, alienae voluntati uelimus
alligare; idq; eō magis quod morbus iste prae pudore alios
celari soleat, et unicuiq; de seipso tantum sit manifestus.

